



213.



Disputatio XIII.

DE REBUS IN QUIBUS FEV-
dum constitui potest.

QVAM,

D. E. A. C.

AUCTORITATE

ET CONSENSV AMPLIS-

SIMI IURISCONSULTORVM COL-
legij, in Illustri Tubingensium Academia,

PRÆSIDE,

CONSULTISSIMO VI-
RO, DN. HENRICO BOCERO,

V. I. Doctore clarissimo, Antecessore celeberrimo, Præceptore &
ad sine suo summè honorando,

PUBLICI EXERCITII GRATIA,
in auditorio Iurisperitorum, Ad d. 7. decem-
bris discutiendam proponit.

M. GEORGIUS THUMAS,
Sturgardianus.



TUBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium.

ANNO M. D. XCIX.

Disputatio XIII.

DE REBUS, IN QUIBUS
feudum constitui potest.

THESIS I.

Cognitis personis, quæ feudum dare, quæ item acquirere feudum possunt; proximum nunc est, ut differamus de rebus, in quibus feudum iure constitui potest. In re autem omni, quæ alienari potest, iure feudum constituitur: In ea verò, cuius alienatio prohibetur, feudum constitui nequit. (a) De ijs ergò rebus, quarum feudum constitui potest, primo loco dispiciemus, (b)

(a) t. 3. per quos fiat inuest. §. sed etiam res, lib. 2. F. Est enim infeudatio quedam alienatio. per d. t. 3. & arg. l. 1. C. de fund. dot. Ros. in synop. iur. feud. c. 4. concl. 15. (b) Cognito enim uno contrariorum, cognoscitur & alterum, text. in l. 1. D. de his qui sui vel alien. iur. sunt. Inst. eod. in pr. l. qui accusare s. ubi Br. n. 1. D. de accusat. Dyn. in c. possessor. de R. l. in VI.

II.

Diuiduntur autem illæ res in corporales, & incorporales. (a) Corporales res sunt, quæ sui naturâ sub tactum & visum cadunt. (b)

(a) t. 1. de feud. cogn. §. fin. lib. 2. F. (b) l. 1. §. quadam D. de diuis. rer. & qual. & t. Inst. de reb. corp. & incorpor. in pr.

III.

Corporales res, quarum feudum constitui potest, vel immobiles sunt, vel mobiles. (a) Immobiles sunt quæ loco moueri nequeunt; (b) Atq; hæc vel res soli sunt, vel solo cohærentes. (c)

(a) d. t. 1. §. fin. iunct. t. 8. de inuest. de re alien. fact. in pr. vers. ignorans verò. & t. 2. si de feud. vasal. ab aliq. interpel. fuer. vers. ut dominus vasallo. ubi Hotom. lib. 2. F. Idem Hotom. in disp. feud. c. 16. (b) l. 1. §. 3. & seqq. D. de vi & vi armat. (c) d. t. 1. §. ult. lib. 2. F. l. quia azeruus. 10. D. quod vi aut clam. l. 1. §. & generaliter, D. de vi & vi armat.

IV.

Res soli vel singulæ in feudum conceduntur, vel vniuersæ. Singulæ, ut si mansus, (a) aut area, fundus, hortus, aruum, (b) in feudum detur.

(a) t. 4. si de inuest. feud. contr. fuer. §. si quis de manso, lib. 1. F. (b) Nã & harum rerũ ususfructus

CLASSIS QUARTÆ

ususfructus (cui simile est feudum t. 23. in quib. caus. feud. amitt. in fin. vers. ususfructus
verò lib. 2. F.) constitui potest. l. si area. 73. D. de usufr. l. repet. s. is. rei mutatione. & §.
seq. l. fundi. 8. l. quid tamen 10. §. non tamen si arvi. 4. D. quib. mod. usufr. vel uf. amitt.
Hotom. disp. feud. c. 16.

V.

Prædictis autem soli rebus in feudum concessis, etiam fodinæ
siue lecturæ auri, argenti, ferri, plumbi, & cæterorum metallorum;
item lapidis, calcis, arenæ, picis, cretæ, sulphuris, salinæ ibi inuentæ,
simul in feudum concessæ intelliguntur; (a) nisi in feudi constitu-
tione dominus contrariam declarauerit voluntatem. (b)

(a) per text. in l. item si. 9. in pr. §. 2. & 3. l. si cuius 13. §. inde. D. de usufr. l. fructus
eos 7. §. si vir & §. sed si creti fodina. & l. si fundus 8. D. solut. matrim. l. 3. in fin. & l. 4.
D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt. Hotom. d. c. 16. (b) d. l. si fundus 8. vers. nisi
§. D. solut. matr. secundum quem vers. intelligenda est l. si ex 32. D. de lur. dot.

VI.

Quæstio satis elegans, difficilis tamen, hîc occurrit, an vt fructus
fodinarum metallicarum, sic & thesaurus in feudali fundo repertus,
ad vasallum totus pertineat? Negatiuæ sententiæ subscribimus.

Thesaurus enim in fundo alieno fortè fortuna repertus, ex semisse inuentoris est: alter
verò semis ad dominum fundi pertinet, §. thesauros. vers. at si quis. Inst. de rer. diuis. l. unic.
C. de thesanr. l. si is, qui 63. §. quod si seruus 3. D. de acquir. rer. dom. quocirca cum feudalis
fundus proprietate ad dominum pertineat, non ad vasallum, qui saltem usum fructum
in eo habet, t. 23. §. fin. lib. 2. F. certè thesaurus, quem vasallus in fundo feudatario inuenit,
pro dimidia tantum inuentori, pro altera dimidia parte domino cedere debet. Accedit huc
& illud, quod ubi iure feudali aliquid dispositum non est, ibi lege scripta utimur. per text.
int. 1. §. strenuus autem legisperitus, lib. 2. F. & tradit Schrad. tr. feud. p. 10. sect. 7. num. 45.
Deniq; iuuat hanc nostram sententiam, quod thesaurus in fundo fructuario repertus, in
fructu non computatur. l. fructus. 7. §. si fundum viro. vers. non magis. D. solut. matrim.
Et vasallus usufructuario similis est. d. t. 23. §. fin. lib. 2. F. E. In hac quoq; sententiam ne-
gatiuam inclinant Br. & Placentin. ad d. §. thesauros. Inst. de rer. diuis. Molin. ad consuet.
Paris. t. 1. §. 37. n. vlt. Dn. Præses clas. 4. disp. 3. th. 48.

plurimè in iuris d. ius fortis t. 23. §. 2. & 3. §. si
Dn. 219.

VII.

Ceterum fundo in feudum concessio, res illi cohærentes con-
cessæ intelliguntur.

Sunt enim aut pars fundi, aut omnino non, aut saltem non utiliter, ab eo separari pos-
sunt. Schrad. tr. feudal. part. 3. c. 2. n. 55. & d. p. 3. c. 4. Accedit text. int. 58. de not. feud.
§. item eadem lege. ibi, eadem lege, & eodem iure, debet habere rem iste, qui inuestitus est,
quam haberet, qui eum inuestiuit.

VIII.

Seruitutes ergo reales, (a) vt & cetera Iura, rei immobili in feu-
dum data adhærentia, (b) instrumenta ad vsum fundi comparata;
(c) in-

DISPUTATIO XIII.

3

(c) incrementum, (d) feræ bestię, ad perpetuum fundi vsum in viva-
rijs repositę, (e) simultacitę concessę intelliguntur.

(a) per l. si aqueductus. 47. & l. seq. D. de contr. empt. Imo etiam res ad vsum serui-
tutis comparata, per d. l. si aqueductus. 47. in fin. & l. fistulas 78. de contrahend. empt. l. si
venditor 38. §. ult. ff. de act. empt. Borch. tr. feud. c. 6. nu. 17. Rosenth. in synop. iur. feud.
c. 4. conclus. 2. Schrad. de feud. p. 3. c. 4. n. 3. Vult. d. c. 5. n. 4. (b) Vult. d. loc. Rosenth.
d. c. 4. conclus. 5. (c) arg. l. sed si quid 15. §. proprietatis dominus vers. de quibusdam.
D. de vsufr. Schrad. d. c. 4. num. 10. (d) modo dominus nullam sibi partem feudalis
fundij retinuerit. t. 4. §. si quis de manso, vers. sed si dominus, lib. 1. F. Schrad. de feud. p. 5.
c. 6. num. 26. vers. sin. autem dominus. Zas. in epit. feud. p. 6. nu. 47. neq; sit feudum limi-
tatum. arg. l. in agris 16. D. de acquir. rer. dom. l. 1. §. si insula. D. de flumin. Aluarot. ad d. t.
4. §. si quis de manso. lib. 1. F. Schrad. d. nu. 26. vers. sin. autem aliquot. Quod si in ipsa in-
uestitura actum sit, ut OMNE incrementum ad vasallum pertineret, ut in d. t. 4. §. si
quis. L. 1. F. etiam insula in flumine nata, ad vasallū spectat. arg. l. semper in stipulationi-
bus 34. & ibi Dec. & alij. D. de R. l. secus verò non. arg. l. item si fundi 9. §. huic vicinus
4. D. de vsufr. (e) arg. t. 58. de not. feud. §. item eadem lege lib. 2. F. l. item si fundi 9.
§. & si apes. l. usufructuarium 62. §. si viuarijs D. de vsufr. l. 3. D. de diuers. & temp. pra-
script. Notandum autē quod dicimus, ad perpetuum fundi vsum, &c. Nam illa feræ be-
stia, quę ad tempus tantum, etiam tempore concessionis repositas habuit dominus, ad va-
sallum non pertinent. arg. l. non magis 16. iunct. l. seq. §. Labeo generaliter. 7. D. de act.
empt. Ros. d. c. 4. concl. 5. Vult. d. c. 5. nu. 4.

IX.

Res soli vniuersę, quę in feudum dantur, sunt Ducatus, Mar-
chionatus, Comitatus. (a) Baronia, (b) territorium alicuius ple-
bis. (c) Sed an ipsa concessione Ducatus, Marchionatus, Comita-
tus, Baronię, regalia quoq; tacitę concessa intelligantur, in quęstio-
nem hoc loco vocari potest? A negantium parte itabimus. (d)

*Sunt qdam dicitur fonda regalia qd
fazo a solo rego dant. arg. L. F.
34. pr. sed non sunt cum regali
dignitate, v. vasallū regem n. faci-
unt. neq; abiq; singulari gessio.
na regalia quos vocat, et nō
regalia dnt, qd pntendunt.
Sunt nōta potissimū iura q
nō soli, nō in quoto accipiunt.*

(a) tit. 14. de feud. March. lib. 1. F. t. 10. quis dic. Dux. March. Com. & t. 55. de pro-
hib. feud. alien. per Frideric. §. preterea Ducatus, lib. 2. F. (b) arg. c. fundamenta in
fin. ibi, sub nomine Comitatus, Baronia, seu cuiuscunq; alterius. t. de elect. & electi pote-
stat. in VI. Fr. Schenck. Baro à Tautenberg. ad t. 10. quis dicat. Dux, &c. (c) l. pa-
pillus. 239. §. territorium. D. de V. S. iuncto t. 10. quis dic. Dux, &c. vers. qui verò à prin-
cipe, sibi, de plebe aliqua, aut parte plebis. lib. 2. F. (d) Regalia enim Ducatibus,
Marchionatibus, Comitatus non coherent: sed persona Imperatoris, in signum suprema
eminentię, seruata sunt. Constit. Maximil. II. Ratisbon. promulgata Anno 1576.
§. Weiters seind wir/ibi, Das etliche Ständ ohn vnsern Kayserlichen consens.
& in §. Dardurch dann nicht allein/ vers. Sonder will auch/ zu vnserer Kayserli-
chen sonderer Hochheit vnd Reseruaten. Sonsbecc. post Aluarot. in comment. in vsus
feud. part. 8. num. 18.

X.

Res item solo cohærentes, (a) vt sunt castra, (b) ædificia, mo-
lendina, arbores siue syluę, item lacus, & stagna, (c) rectę in feudum
dari possunt.

33 3

(a) per



CLASSIS QUARTÆ

(a) per text. express. in t. 1. §. ult. ibi, aut solo coherentes. lib. 2. F. Vult. lib. 1. de feud. c. 5. n. 5. (b) l. 4. §. item si vasallus possederit castrum. & §. similiter si quis possederit castrum. lib. 1. F. (c) de quibus in thes. seqq. agemus.

XI.

Castro autem in feudum concessio, an etiam Iurisdictio, ipsa feudi concessione, tacite ad vasallum transeat, elegantis est quaestio- nis? Negatiuz palmam tribuimus; (a) nisi iurisdictio ipsi castro, tempore concessionis coherent, illiq; annexa sit. (b)

(a) Certi enim & indubitati iuris est, quod iurisdictio competit alicui, aut iure magistratus; aut extra ordinem singulari iure; l. 1. in pr. D. de off. eius cui mandat. est iurisdict. l. si in aliam. 7. D. de off. proconsul. l. 2. §. & hac omnia. 33. D. de orig. iur. l. & quia 6. ibi, nec ipsa lex. D. de iurisdict. l. cum prator. 12. §. 1. D. de iudic. aut more siue consuetudine. d. l. cum prator. 12. §. 1. D. de iudic. l. viros. 8. ubi gl. & Br. C. de diuers. off. & appar. iud. lib. 12. l. fin. ibi, eos adire magistratus, quibus hoc facere vel legibus, vel ex longa consuetudine permissum est. C. de emancip. liber. c. irrefragabili. §. excessus extr. de off. iud. ordin. c. cum contingat. in fin. extr. de for. competent. c. dilecti filij. §. quamuis. extr. de arbitr. aut singulari concessione siue indulgentia principis. d. l. & quia. 6. ibi, nec principaliter ei iurisdictio data est. D. de iurisdict. d. c. cum contingat. in fin. ibi, ex indulgentia. extr. de for. competent. Cui ergo hoc modo iurisdictio data non est, is eam sibi vendicare non potest. Accedit huc quod castrum sine iurisdictione, & iurisdictio sine castro esse potest. Br. in l. 1. num. 15. D. de iurisdict. Borch. tract. feud. c. 6. num. 35. Vult. lib. 1. de Feud. c. 5. num. 5. vers. Dixi si castro. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 97. num. 1. & seqq. (b) Aluarot. ad t. 5. quib. mod. feud. amit. §. item si quis feudum. num. 4. lib. 1. F. Br. in l. inter eos. 29. D. de acquir. rer. dom. Didac. Couarr. pract. quest. c. 1. num. 10. And. Gail. lib. 2. pract. obseru. 62. num. 9. Menoch. de presumpt. 97. num. 14. In dubio autem ex D. d. sententia iurisdictio presumitur castro coherent. VVesemb. in parat. D. de iurisdict. num. 9. & 10. Br. in d. leg. 29. D. de Acquir. rer. dom. Non modo autem iurisdictio specialis, quam simplicem iurisdictionem vocant, hoc casu ad vasallum una cum castro transit, sed & mixtum, itemq; merum imperium. Accessiones enim, ut qua ipsi principali coherent, ipsum etiam principale sequuntur, & accessorium. de R. l. in V. l. in modicis. 24. D. de contrahend. empt. cum similib. Et beneficium principis latissime est interpretandum. l. hac saluberrima. C. de prapof. agent. in reb. lib. 12. l. 3. D. de const. princ. c. cum dilecti. extr. d. don. Facit etiam huc text. in l. 1. §. initio eiusdem epist. D. de off. praefecti urb. ubi etiam Br. num. 5. Aluarot. ad t. 51. de cap. qui cur. vendidit. num. 3. lib. 2. F. Borch. tr. feud. c. 5. num. 35. Sonsbecc. p. 8. num. 23. per text. in l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. Couarr. lib. pract. quest. c. 1. n. 9. & 10. Menoch. d. presumpt. 97. n. 15. & seqq. Schrad. tr. feud. p. 3. c. 4. n. 33. & seqq. Vult. de lib. 1. feud. c. 5. n. 5. aliq; ab illis relati.

XII.

Hoc loco in quaestionem vocatur, an etiam tormenta, & arma, bellica,

bellica, quæ tempore concessionis in castro sunt, ad vasallum iure feudi pertineant? Affirmamus; modò ad castri defensionem destinata fuerint.

arg. l. cetera. 41. §. quid ergò. 12. D. de leg. 1. d. l. si aqueductus. 47. & ll. seqq. l. fistulas. 78. D. de contrah. empt. l. fundi nihil. 17. §. Labeo. & §. castella. 8. & l. seq. in pr. & §. 1. D. de act. empt. Bl. ad t. 4. §. si quis de manso. num. 4. lib. 1. F. Barth. Capoll in tr. de seru. rust. præd. c. de flumin. 31. n. 12. Borch. de feud. c. 6. n. 2. Schrad. d. tr. feud. p. 3. c. 4. n. 11. Vult. d. c. 5. n. 4. Vesemb. tr. feud. c. 7. n. 2.

XIII.

Porro rebus solo cohærentibus annumeramus quoq; ædificia, (a) quæ itidem rectè in feudum dantur; (b) Concesso autem ædificio in feudum, & ipsum solum, cui impositum est, vasallo concessum intelligitur. (c)

(a) *per text. l. quia aceruus. 10. D. quod vi aut clam. l. adeo. 7. §. cum in suo solo. D. de acquir. rer. dom. §. cum in suo solo. Inst. de rer. diuis. (b) t. 1. §. fin. lib. 2 F. quippè cum & ususfructus, (cuius instar est feudum. t. 23. in quib. caus. feud. amit. §. ult. vers. ususfructus verò. lib. 2. F.) in ædificiis constitui possit. l. usufructu legato. 7. ff. & seqq. D. de usufr. (c) solum enim est pars ædium. l. solum. 49. D. de rei vindic. & quidem pars maxima. l. quires. 98. §. fin. vers. non est his similis. D. de solut. & superficies naturà solo cohæret. l. obligationum ferè. 44. §. 1. vers. si & in tradendo. D. de O. & A. & arg. l. si fundum 81. §. qui fundum. in fin. D. de legat.*

XIV.

Molendinum etiam solo impositum, ipsi solo cohæret; (a) proindeq; rectè in feudum datur; (b) Imò omne ius (c) molendino cohærens, vasallo iure feudi concessum censetur. (d)

(a) *l. quæsitum. 12. §. & molas. iunct. §. seq. & l. cum fundus. 21. vers. de molis. D. de instrum. vel instrum. leg. (b) d. t. 1. §. fin. lib. 2. F. Franc. Curt. tr. feud. part. 1. c. 7. num. 11. Schrad. d. tr. feud. part. 3. c. 2. n. 2. Vult. d. l. c. 5. n. 5. Borch. de feud. c. 6. n. 11. (c) puta si dominus habeat subditos, vel etiam vicinos, qui in eodem molendino molere obligati essent. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in verb. & cum molendinis. n. 4. Francis. Balb. in tr. de præscript. p. 4. quinta princ. quæst. 5. (mihi) pag. 445. Didac. Couarr. in c. possessor. de R. I. in VI. part. 2. prælect. §. 4. n. 6. Rosenth. in synop. iur. feud. c. 4. concl. 4 (d) c. accessorium. de R. I. in VI. l. si venditor. 38. in fin. D. de act. empt. l. si aqueductus. 47. & ll. seqq. l. fistulas. 78. D. de contrah. empt.*

XV.

Hinc pulchra, & utilis oritur quæstio, an concessio alicui in feudum molendino, ad quod tempore longissimo, etiam ultra hominum memoriam, vicinæ urbis, vel pagi ciues, causa frumenti macerandi, inierunt, eadem ciuitas vel pagus in proprio vniuersi.

CLASSIS QVARTÆ

vniuersitatis suæ fundo molendinum sibi, etiam inuito illo vasallo, extruere, eoq; deinceps, relicto vasalli molendino, uti possit? Sub distinctione respondemus.

Nimirum, sui commodi & utilitatis causa vniuersitas illa, sibi licitè proprium adificare molendinum potest, etiamsi per consequentiam incommodum vasallo impendat. l. fluminum 24. §. fin. vers. neq; enim existimari. & l. Proculus ait 26. vers. quamuis enim. D. de damn. infect. l. 1. §. idem aiunt. 11. vers. prodesse n. & l. si in meo 21. D. de aqua & plu. arc. Damnum enim non facit, qui suo iure utitur. l. nullus 55. l. nemo 151. D. de R. I. verum ad emulationem vasalli, id est, ut solummodo noceat vasallo, (cum malitiis indulgendum non sit l. in fundo. 3. vers. constituimus. D. de Rei Vind.) nouum extruere molendinum non licet. l. 3. vers. præterquam si ad emulationem. D. de oper. publ. d. l. 1. §. Deniq; Marcellus. 12. ibi, si non animo vicino nocendi. & l. 2. §. pen. ibi, si modo non hoc animo fecit, ut tibi noceat. D. de aq. & aqua plu. arc. end. Chass. ad consuet. Burg Rubr. 13. §. 9 n. 2 Iacob. de S. Georg. de feud. in verb. Et cum molendinis n. 5 Schneidw. in §. 3. & seqq. Inst. de rer. diuis. VVesembec in supplemento ad Schneidw. t. de interdict. §. summa autem diuisio. n. 57. & And. Gail lib. 2. præct. obseru. obseru. 69 n. 27.

XVI.

Præterea in rebus solo cohærentibus sunt etiam arbores siue syluæ; (a) vnde & hæ rectè in feudum dantur. (b)

(a) per l. si alius fecerit 7. §. notauimus. vers. at qui arbores l. interdictum 19. D. quod vi aut clam. (b) t. 1. §. sciendum. lib. 2. F. & arg. l. item si fundi. 9. §. ult. vers. nisi fortè, & l. seq. l. si absente. 48. §. ult. D. de usufr. iunct. t. 23. §. ult. lib. 2. F.

XVII.

Eleganter hic quæri potest, an data alicui in feudum sylua, ius etiam venandi & aucupandi, quod syluæ cohæret, concessum vasallo intelligatur? Affirmatiuæ subscribimus.

per text. in t. 58. de not. feud. §. idem eadem lege lib. 2. F. & arg. l. item si fundi. 9. §. aucupiorum, l. usufructuarium. 62. D. de usufr. l. venationem 26. D. de usur. iunct. t. 23. §. fin. vers. usufructus verò lib. 2. F.

XVIII.

Sed nunquid arbores ex feudali sylua cædere vasallus potest? Si fuerit cædua sylua, hoc ius ei tributum sentimus, quod possit inde ligna cædere, non solum in proprium vsum, sed & ut alijs vendat; (a) Incædua si fuerit sylua, pedimenta quidem & palos inde in suam vineam sumere potest, si deteriores syluam non fecerit; (b) ut & ligna conburendi causa de arboribus gremialibus, (c) tum etiam de arboribus euulsis, vel vi ventorum deiectis, si non habeat propriam syluam, vnde vtatur ligno (d) Grandes verò & fructiferas arbores in nullum suum vsum, nisi ad villæ feudalis refectionem cædere potest. (e)

(a) d. h.

(a) d.l. Item si fundi 9. §. ult. ff. de usufr. & l. fructus 7. §. si fundum viro. ff. solut. matrim. (b) l. ex sylua 10. ff. de usufruct. (c) d.l. fructus 7 §. si fundum viro. ff. solut. matrim. (d) l. arboribus 12. in prin. vers. nec materia, ff. de usufruct. (e) l. sed si grandes 11. & l. seq. in prin. vers. materiam tamen ff. d. t. facit text. in Tit. 8. de inuestit. de re alien. fact. §. Econtrario, vers. meliorem namq. & Tit. 27. §. Quicumq. aduocatum, lib. 2. feud.

XIX.

Denique rebus solo cohærentibus adiungimus lacum, stagnum, & piscinam, (a) proinde & hæc in feudum rectè dari dubitandum non est. (b)

(a) Solum enim est ipsa area siue terra l. domo 21. D. de pign. act. Lacus verò, stagnum, & piscina, duntaxat solo cohærent. per text. in l. quid tamen, 10. §. agri vel loci & §. seq. D. quib. mod. usufr. vel us. amitt. l. 1. §. Lacus. & §. seq. D. ut in flum. publ. nauig. lic. (b) arg. d. l. quid tamen, 10. §. sed & si stagni. D. quib. mod. usufr. vel us. amitt. l. item si fundi 9. §. aucupiorum, ibi, piscationum D. de usufr. tum propter text. express. in t. 1. §. fin. lib. 2. F.

XX.

Lacu autem stagno vel piscina in feudum concessa, an pisces, qui in illis sunt, ad vasallum iure feudi pertineant, controuersæ quæstionis est? Nos, adhibita distinctione, id affirmamus.

Si nimirum dominus concedens solus pluribus annis in lacu vel stagno suo piscatus sit, alijs à iure piscandi repulsis, atq. ita piscandi potestatem proprio suo patrimonio præscriptione adquisierit. l. si quisquam. 7. D. de diuers. & tempor. præscript. tunc sine dubio ius illud, lacui aut stagno cohærens, etiam ad vasallum transit. l. si venditor. §. fin. D. de act. empt. l. si aqueductus. 47. & l. seq. l. fistulas 78. D. de contrah. empt. si item pisces in piscina habeantur non ad tempus, simplicis sc. custodia causa, sed ut ibi multiplicentur & crescant, tunc ius piscandi ad vasallum transit. arg. l. lines. 15. D. de act. empt. l. usufructuarium 62. §. 1. D. de usufr. iuncta l. fructus pendentes 44. D. de rei vindic. Chassin. ad consuet. Burg. Rubr. 4. §. 2. num. 23. Molin. ad consuet. Paris. t. 1. §. 1. gl. 8. num. 17. & seq. Rosenth. in synopsis. Iur. feud. c. 4. conclus. 5. Schrad. d. p. 3. c. 4. num. 7. Zas. in epit. iur. feud. p. 4. n. 2. & 3.

XXI.

Hactenus de rebus immobilibus. Quod attinet res mobiles, licet communiter interpp. velint (a) eas in feudum iure non concedi; attamen in re mobili, puta pecunia, (b) quin iure constituatur, dubitandum non est. (c)

(a) Rosenth. in synopsis. Iur. feud. c. 4. conclus. 9. ibiq. relati. Schrad. d. part. 3. c. 1. n. 7. Vult. lib. 1. de feud. c. 5. num. 10. (b) quæ res mobilis est, per text. express. in Nou. 22. de nupt. hb

de nupt. c. Et quia parum. 45. vers. si verò uniuersa. (c) text. est in t. 8. de inuest. de re alien. fact. in pr. ibi, ut aliud eiusdem bonitatis seu quantitatis ei præstetur. §. t. 25. §. de feud. vasall. interpell. fuer. ibi, ut dominus vasallo eiusdem estimationis, quod erat temporerei iudicata, feudum restituat, vel numos in feudum dandos numeret, lib. 2. F. Facit huc quod etiam ususfructus in re mobili constitui potest. §. constituitur. Inst. de usufr. l. 3. §. constituitur. l. usufructu. 7. D. eod. Et feudum est quidam ususfructus. t. 23. §. fin. vers. ususfructus verò. lib. 2. F. Deniq; hoc idem expressè docet Iacob. de Ardizon. in epit. iur. feud. c. 27. in f. §. Hotom. add. t. 8. §. d. t. 25. lib. 2. F. D. Gadd. aliq; ab ipso allegat. in disp. feud. disp. 5, thes. 6. lit. c.

XXII.

Ceterum ad constitutionem feudi in re mobili illud desideratur, ut volenti domino, in casum amissionis feudi, ad exemplum usufructuarij, vasallus de re feudali restituenda fatisdet.

arg. l. 2. l. si tibi 6. §. l. seq. l. in stipulatione 9. D. de usufr. ear. rer. qua usu consum. l. §. si usufructus 7. §. 1. D. usufruct. quemad. caueat. l. 1. §. si decem. 17. D. ut legat. seu fideicommiss. seruand. nom. cau. §. constituitur. vers. itaq; si pecunia, §. vers. seq. D. de usufr. D. d. th. preced. relati, d. d. loc. Matth. de Afflict. add. t. 1. §. sciendum. num. 28. lib. 2. F. Diss. com. Dd. ut videre est apud Vult. lib. 1. de feud. c. 5. num. 10. Schrad. d. tr. feud. p. 3, c. 1. num. 15.

XXIII.

Tantum de rebus corporalibus. Res incorporalis, qualis est, quæ in iure consistit, proindeq; nec tangi, (a) neq; mobilis, neque immobilis dici potest; (b) immobilibus tamen quandoq; connumeratur, (c) in feudum quoq; rectè datur. (d)

(a) l. 1. §. quadam, vers. incorporales. D. de rer. diuis. §. incorporales autem Inst. de reb. corpor. §. incorp. (b) per l. 2. in prin. C. de quadriennij præscript. l. A Diuo 15. §. in venditione, §. sic quoq; §. Item quid dicemus, D. de re iudic. cum similibus iuris textibus, quos citat D. Præs. ad thes. 14. disputat. 1. clas. 4. (c) arg. l. 2. C. de seruito. §. aqua. §. Nou. 7. de non alien. vel permut. reb. Eccles. in pr. vers. Vult enim illa, ibi, nam §. hac. Mynsing. cent. 1. obseru. 69. Gail. lib. 2. obseru. præct. obseru. 10. (d) t. 1. de feud. cogn. §. sciendum. lib. 2. F. Zas. in epit. iur. feud. p. 4. n. 6. Obrecht. disp. feud. 5. th. 179.

XXIV.

Res verò eiusmodi incorporales sunt maximè regalia: (a) quæ sunt vel maiora, (a) vel minora. (c)

(a) t. 56. qua sint regalia. lib. 2. F. Sunt autem regalia singularia quadam iura, Imperatori Romano, in præmium immensi laboris, quem pro imperio sustinet, concessa. D. d. ferè omnes ad d. t. 56. lib. 2. F. ibiq; etiam Borch. n. 2. Rosenth. in synop. iur. feud. c. 5. conclus. 2. Dn. Præs. clas. 4. disp. 3. th. 24. (b) quæ ad supremam Imp. auctoritatem pertinent. Borch. ad d. t. 56. num. 3. Rosenth. d. c. 5. conclus. 3. Vult. d. c. 5. num. 7. Obrecht. disp. feud. 5. th. 183. §. seq. (c) quæ ad fiscum Imperatoris spectant, ut quibus fiscus Imperatoris locupletatur. Rosenth. d. conclus. 3. §. seq. Vult. d. num. 7. Borch. d. loc.

n. 3. 4.

num. 3 4. & 5. quia nemo propriè fiscum habet, iure suo proprio, nisi Imperator. Vult. d. num. 7. vers. *minora regalia* Hinc cum bona pars d. t. 56. qua sint regal. lib. 2. F. agat de his regalibus, Cuiac. d. t. concepit, De iure fisci, & iura regalia, appellat iura fiscalia. In generali tamen concessione regalium, transeunt tantum minora non etiam maiora, nisi specialiter exprimantur, per text. in c. in generali. de R. I. in VI. c. quod translatione, extr. de offic. legat. c. sedes Apostolica. extr. de rescript. & in c. qui ad agendum. de procurat. in VI. Rosenth. d. c. 5. conclus. 12.

XXV.

Iurisdictio item, ut quæ similiter res incorporalis est, in feudum dari potest.

uti arguit text. in t. 1 §. ult. ibi, aut ijs, qua inter immobilia connumerantur. ubi FF. lib. 2. F. text. item in constit. Frid. Imp. de pace Constant. in pr. vers. Nos Romanorum Imp. Deniq; text. in d. t. 56 qua sint regal. ibi, potestas constituendorum magistratum, ad iustitiam expediendam. lib. 2. F.

XXVI.

Non ineleganter hîc quæritur, an inferior aliquis Princeps merum imperium in feudum dare possit? Ex recepta hodiè generali consuetudine, id cum nonnullis affirmamus.

Possunt enim hodiè omnes meri imperij causa indistinctè mandari. Cagnol. in l. nemo potest. D. de R. I. Clar. lib. 5. sentent. in §. fin. q. 41. n. 1. Schneidv. de feud. part. 2. num. 26. Matth. Coler. in tract. de processib. executiu. part. 2. c. 1. n. 112. qui allegat VVesemb. consil. 45. n. 36. Robur addit huic nostra sententia Constit. Carol. V. in Ordin. iud. crim. art. 1. ubi seriò mandatur magistratibus, veluti Principibus, Comitibus, & Baronibus, ut pios, honestos, prudentes, exercitatos viros iudicio criminali præficient. Huc quoq; facit, quod Principes, Comites, Barones, etiam citra specialem Imperatoris maiestatis concessionem & indulgentiam, ex communi Germaniæ consuetudine, in subditos suos plenam & omnimodam habent iurisdictionem, atq; ita etiam merum Imperium, ut præter alios Mynsing. scribit respons. 16. n. 42. decad. 2. Quicumq; autem suo iure, non alieno beneficio iurisdictionem habet, is eam mandare alij potest. l. more. 5. D. de iurisd. l. 1. in pr. D. de off. eius cui mand. est iurisd. proindeq; & in feudum dare. t. 3. per quos fiat. inuest. §. noui verò. lib. 2. F. Iure tamen iustinianeo secus est. arg. Nou. 128. c. Ad hæc prohibemus. 20. & c. seq. Nou. 8. c. Nulli quoq; iudici. 4. ut & hodiè in nobilibus iure Carolino, Ordin. iud. crim. Carol. V. art. 1. nisi in casu quo ipsos abesse contingit. d. l. 1. D. de off. eius cui mand. iurisd. vel infirmitate laborant, vel quid aliud merum hoc imperium exercere ipsos impediât. d. Ord. iud. crim. Carol. V. art. 2.

XXVII.

Non minus iucundum est & illud inuestigare, si Princeps alicui nobili iurisdictionem in feudum concedat simpliciter, hoc modo, Wir belehnen ihn / in diesem Flecken oder Dorff / mit dem Gericht / an concessisse intelligatur etiam merum imperium, & iurisdictionem extraordinariam? Distinguimus.

hb 2

Se

(a) arg. l. 2. & l. adificia. 139. D. de V. S. l. sicut municipium. 7. §. ult. D. quod cuiusq; uniuers. nom. & l. proponebatur. 76. vers. & populum eundem. D. de iudic. Noui enim ciues non minus quam veteres uniuersitati eidem subiecti sunt, eaq; continentur per l. greg. 21. & l. seq. D. de leg. 1. l. cū fundus. 10. D. de leg. 2. & accessoriū sequitur naturā principalis. c. accessorium. de R. I. in VI. cum simil. Menoch. de arb. iud. quest. lib. 1. q. 99. n. 12. 16. & seqq. Couar. lib. pract. quest. c. 2. (b) arg. l. in agris. 16. D. de acquir. rer. dom. Couar. d. c. 2. n. 1. vers. hinc plane deducitur. & n. 8.

XXX.

Dubitatur item an concessa Iurisdictione in feudum, intelligantur quoq; concessa regalia? Et non videri concessa verius est.

Differunt enim regalia à Iurisdictione toto genere; & quia continent singulare aliquod ius, soli principi competens, ideoq; non intelliguntur concessa, nisi specialiter & nominatim fuerint concessa. arg. c. in generali de R. I. in VI. c. quod translatione. extr. de off leg.

XXXI.

Porrò vt regalia, & Iurisdictione, de quibus haetenus, sic & cetera iura in feudum dari possunt, veluti certi annui redditus, (a) iura venandi & piscandi, (b) itemq; actiones. (c)

(a) tit. 20. de controu. int. Episc. & vasall. in pr. vers. quæsitum est lib. 2. F. Bl. in prelud. feud. vers. sed hic quero. Zas. in epit. feud. part. 4. Sonsbecc. p. 8. n. 24. immobilibus enim connumerantur. Gail lib. 2. obseru. 10. per text. in clem. exiui. §. cumq; annui redditus inter immobilia censeantur à Iure. de V. S. Nou. 7. in pr. l. iubemus. 14. C. de SS. Eccles. l. ult. §. præterea. C. de iur. dot. Borch. tract. feud. c. 6. n. 15. Menoch. de arbitr. iud. quest. lib. 2. cent. 3. cas. 233. Vult. lib. 1. de feud. c. 5. n. 9. (b) arg. t. 1. §. sciendum. vbi Bl. & alij. lib. 2. F. (c) Bl. in dict. t. 1. §. fin. lib. 2. F. Et quamuis Dd. id tantum de actionibus in rem immobilem competentibus intelligant. Vult. d. c. 5. n. 8. Rosenth. d. c. 4. conclus. 8. Attamen quia etiam res mobilis in feudum, saltem improprium, dari potest vt s. ostendi, idem etiam de actionibus, in rem mobilem competentibus, rectè statui putarem.

XXXII.

Seruitutes etiam, (a) tam personales, (b) quam reales, (c) in feudum dari possunt.

(a) Cum non tantum res immobiles, sed etiam qua immobilibus connumerantur rectè in feudum dentur. d. t. 1. §. sciendum. lib. 2. F. (b) arg. l. 3. in pr. D. de usufr. §. 1. vers. sine testamento. Inst. d. t. Imò ius usufructus, quod in pradio alieno quis habet, alij in feudum dari potest. arg. §. minus autem. vers. cum is, qui usufructum. Inst. de us. & habit. iunct. t. 23. in fin. lib. 2. F. Facit etiam quod vasallus in feudo suo alium subinuestire non prohibetur. t. 3. §. sed etiam res. vers. per feudum tamen. t. 9. qual. olim poter. feud. alien. vers. si autem dissentiente. lib. 2. F. Dato autem usufructu in feudum ab usufructuario, hoc mortuo, amittit vasallus feudum illud per text. in l. si quis domum. 9. §. hic subiungi potest. D. locat. (c) pradio meo in alieno pradio constitutas, alij in feudum, sine meo pradio, dare non possum. Est enim seruitus inseparabile adiunctum siue accidens, vt pradij seruientis, ita etiam eius, cui illud seruit. l. ergo. 5. in fin. l. via constitui. 23. §. si fundus & §. seq. l. vnus ex socijs. 34. D. de seru. rust. prad. Verum in meo fundo nouam

alicui seruitutem iure feudi constituere non prohibeor. arg. §. si quis velit. Inst. de seru. rust. & vrb. prad. iunct. text. d. t. 1. §. sciendum. lib. 2. F. Borch. d. c. 6. num. 17. Rosenth. d. c. 5. conclus. 2.

XXXIII.

Constituitur item feudum in re incorporali, quando Princeps, Comes, Baro, vel ciuitas Imperialis, concedit alicui feudum de Camera, vel de cauena.

d. t. 1. §. fin. lib. 2. F. Camera est conclauē in quo pecunia seruatur; unde FF ararium interpretantur, Borch. de feud. c. 4. n. 29. in fin. Cauena, vel, vt est apud Cuiac. in d. §. sciendum, qui ipsi est. t. 2. lib. 2. F. & Borch. d. n. 29. caneuā, est cella in qua frumentum vinum, oleum, aliāue annona reconditur. vti arguit. t. 2. §. si verò vasallus. lib. 2. F. Aluarot. ad t. 1. §. sciendum, lib. 2. F. Zas. in epit. feud. part. 4. n. 8.

XXXIV.

Feudum de camera est ius exigendæ quotannis pecuniæ, ex arario domini vasallo competens: Feudum verò de cauena est ius exigendi annuatim ex cella domini frumentum, vinum, aut aliam annonam, vasallo comparatum.

arg. d. t. 2. §. si verò vasallus. lib. 2. F. Obrecht. disp. feud. 2. th. 242. & 243.

XXXV.

Vtrumq; illud est feudum liberum, vel seruiens: Liberum feudum est, si dominus illud concesserit militi, vel consiliario, aut medico suo, annuatim, sub mera fidei conditione exigendi, & dicitur feudum soldatæ.

Soldata est præstatio quadam annua gratuita, ita dicta, quod plerumq; in solidorum donatione consistit, licet quandoq; in vino, vel annona alia constituatur t. 10. quis dicat. Dux. vers. soldata autem. lib. 2. F. Borch. de feud. c. 4. n. 30. Vult. lib. 1. de feud. c. 8. num. 15. Obrecht. d. disp. th. 275. & seqq. De hoc tamen feudo Dd. scribunt. eatenus dominum ad annuam præstationem teneri, quatenus facere possit, Cuiac. ad d. §. sciendum. proinde si exhausta sit camera vel cauena, dominum non teneri. Iacob. Ardiz. in summ. in vs. feud. c. 24. Aluarot. & alij in d. t. 1. §. fin. lib. 2. F. Zas. in epit. iur. feud. c. vlt.

XXXVI.

Feudum seruiens (a) est, cuius nomine vasallus domino seruitia debet, quale est feudum Guardix, Gastaldix, ætus, aduocatiæ, & id genus aliud feudum. (b)

(a) *arg. l. via constitui 23. §. si fundus seruiens. D. de seru. rust. prad.* (b) *de quibus in subseqq. thess.*

XXXVII.

Feudum Guardix (a) est, quod datur illi, qui territorij vel castri custos constituitur. (b)

(a) *Guar-*

- (a) *Guardia est vox Longobardica, qua latinis est custodia, Germanis, Ein Wart.*
 (b) *Aluar ad t. 2. de feud. Guard. n. 9 lib. 1. F. & ibid. Frid. Schenck. baro à Tautenberg. n. 3. itemq; Cuiac. Zas. in epit. iur. feud. p. vlt. Schrad. tr. feud. part. 2. c. 4. num. 21.*

XXXVIII.

Feudum Gastaldix est, quod datur Gastaldo pro gubernatione curtis, id est, districtus siue territorij domini concedentis.

Gastaldia est similiter vox Longobardica, qua latinis est gubernatio curtis, i. e. districtus siue territorij. Gastaldus ergo is est, quem ius canonicum appellat vice dominum c. praterea. 23. extr. de iur. patron. Germani, Vizdom/Vogt/Ampiman.

XXXIX.

Feudum actus dicitur, quod dominus actori suo, pro actus administratione, concessit.

Actor est, cui dominus bona sua administranda commisit. l. vn. C. de solut. & liber. debit. ciuit. lib. 11. l. decreto. 24. D. de administr. tut. l. un. C. de act. à tut. seu curat. dand. & actor Principis, Comitum, & c. est, quem nos germani vocamus, Kellner / Kastkeller / Schoffer / & generali appellatione, Ampiman. ¶ Hac autem feuda, feudum sc. Guardia, Gastaldia, actus, sunt feuda impropria: Emenso enim anni spacio sola domini voluntate auferri possunt, text. in t. 2. & t. 11. lib. 1. F. & t. 94. in extraord. Cc. nisi ad certum tempus data fuerint, d. t. 2. lib. 1. F. tum enim, ante illius temporis reuolutionem, dominus hac feuda reuocare non potest. l. 3. C. locat. d. t. 2. L. 1. F. secus tamen est si iusta causa aliud suadeat, arg. d. l. 3. C. locat. & l. qui sub pretextu. 9. C. de S. S. eccles. Frid. Schenck baro à Tautenberg. ad d. t. 2. lib. 1. F.

XL.

Feudum aduocatiæ (a) est, quod pro defensione siue protectione, etiam armata, (b) est concessum. (c)

(a) Aduocatia est officium à iurisdictione seiunctum, (non enim tribuit hoc officium iurisdictionem in vniuersitatem aduocato siue protectori, l. non dubito 7. §. 1. D. de capt. & postlim. revers. & c. ex parte tua. extr. de priuil. & excess. priuil. Gail L. 2. obseru. pract. obseru. 54. n. 1. & aliquot. seqq.) tuendi & defendendi vniuersitatem aliquam, & personas, & bona eorum. arg. c. ex quibusdam, ext. de pan. c. praterea quoniam. extr. de iur. patron. can. saluator. 1. q. 3. (c) arg. l. 3. §. vlt. D. de re milit. And. Gail. d. obser. 54. n. 2. (c) t. 27. de pac. tenend. & ei. viol. §. quicumq; aduocatiæ. lib. 2. F.

XLI.

Tantum de rebus, quæ in feudum dari possunt. In feudum autem dari prohibentur res, quæ alienari vetantur; (a) quod fit vel iure, vel dispositione hominum.

(a) t. 3. per quos fiat inuest. §. sed etiam res. lib. 2. F.

XLII.

Iure alienari prohibetur, res sacræ, religiosæ, & quæ in publico vsu habentur

habentur: (a) res item litigiosæ, (b) fundus dotalis, (c) bona filij, in quibus pater ususfructum habet, (d) res, quæ fideicommissariæ restitutioni obnoxia sunt, (e) & si quæ sunt aliæ. (f)

(a) §. *sacra res*. Inst. de rer. diuis. §. *idem Iuris*: Inst. de inutil. stipul. l. *sed celsus*. 6. in pr. l. *si in emptione*. 34. §. *omnium rer.* l. *qui officij*. 62. §. 1. D. de contrah. empt. l. *iubemus*. 14. C. de SS. Eccles. Vult. lib. 1. de Feud. c. 5. n. 11 Rosenth. in synop. iur. feud. d. c. 4. conclus. 18. Nisi in consequentiam rerum alienabilium. l. in modicis. 24. D. de contrah. empt. Vult. d. c. 4. n. 2. Ros. d. loc. concl. 19. ¶ Restamen Ecclesiastica, quæ ad ministerij sustentationem potissimum pertinent, in feudum dari possunt, ut ab ipso Papa Romano, clement. unic. in fine, Tit. de iureiurand. c. 2. §. *Præter hæc regnum*, Tit. de sentent. & re iudic. in 6 sic & ab ecclesiæ prelato, Tit. 1. §. 1. Tit. 3. lib. 1. feud. modò antiquitus, id est, ante Urbani II. scitum, res ecclesiæ suæ in feudum dare solitus sit, dict. Tit. 1. §. 1. ibi, si antiquitus consuetudo eorum fuerit feudum dare, & Tit. 6. in fin. principij, lib. 1. feud. Tit. 35. in fin. ibi, Et feuda his, aperta olim dederant, lib. 2. feud. & Tit. 91. in extraord. capit. atq; res in feudum conferantur, quæ solitæ sunt dari in feudum, & aperto feudo ad Ecclesiam sunt reuersæ. dict. Tit. 35. in fin. lib. 2. feud. c. vlt. extra. de feud. Ceteras res si prelatus in feudum dederit, constitutio feudi nulla est, Tit. 6. in prin. lib. 1. feud. (b) l. 2. c. l. vlt. C. de litigios. (c) §. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non l. 1. §. & cum lex C. de rei ux. act. t. t. D. de fund. dot. (d) l. 1. C. de bon. matern. l. cum oportet. 6. §. 2. C. de bon. qua. lib. (e) l. vlt. §. sed quia. iunct. Auth. res qua. C. com. de legat. (f) t. t. C. de præd. in alijs reb. min. & t. t. D. de reb. eor. qui sub tut. vel. cur. sunt. l. ait Prætor. 7. D. de iur. deliber.

XLIII.

Res item communes licet in feudum dari possint; (a) si tamen earum diuisio postulata sit, (b) in feudum dari non possunt. (c)

(a) t. 58. de notis feud. §. *item sciendum*. lib. 2. F. (b) quia inuitis dominis alienari non possunt l. 1. C. commun. diuid. (c) d. t. 3. §. sed etiam res. lib. 2. F.

XLIV.

Hominum dispositione alienari prohibentur res; si à testatore, vel contrahentium pactione alienari ex causa prohibeantur; (a) quocirca in feudum dari haud possunt. (b)

(a) l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. l. filiusfam. 114. §. Diui. 14. & §. seq. D. de legat. 1. l. cum pater. 77. §. libertis prædium. 27. D. de legat. 2. (b) text. in d. t. 3. §. sed etiam. lib. 2. F. tum etiam quia neq; in ususfructum, neq; in Emphyteusin dari possunt. d. l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. Sonsbecc. in comment. in vs feud. part. 8. num. 16.

F I N I S.

Ka 3071

(3/4)


ULB Halle 3
003 261 573



sb

Burblind. 3/1.





putatio XIII.

V S I N Q V I B V S F E V -
dum constitui potest.

Q V A M,

E. A. C.

T O R I T A T E

S E N S V A M P L I S -

I S C O N S V L T O R V M C O L -

l u s t r i T u b i n g e n s i u m A c a d e m i a ,

P R Æ S I D E ,

A L T I S S I M O V I -
E N R I C O B O C E R O ,

ß i m o , A n t e c e s s o r e c e l e b e r r i m o , P r a e c e p t o r e &
a d s i n e s u o s u m m e h o n o r a n d o ,

E X E R C I T I I G R A T I A ,
I u r i s c o n s u l t o r u m , A d d . 7 . d e c e m -
b r i s d i s c u t i e n d a m p r o p o n i t .

R G I U S T H U M A S ,
S t u r g a r d i a n u s .



T V B I N G Æ ,
G e o r g i u m G r u p p e n b a c h i u m .

A N N O M . D . X C I X .

88

